Et dixit Rex Sedecias, Ecce ipse in manibus vestris est. &c. Ierem. 38.

Ioannes Stradanus inventor. Crispin. de Pas scalpsit. Philippus Galle excudit.

Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua, lavit manus coram populo, dicens, Innocens ego sum a sanguine iusti huius: vos videritis. Et respondens universus populus, dixit, Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Tunc dimisit illis Barrabam: Iesum autem flagellatum tradidit eis ut crucifigeretur. Matt. 27.